



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

6 Quæ personæ in bello pugnare possint

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

iplos gratis ducibus donare, quod raro est credendum: Bonaci-
na, suprā.

⁴ Milites vero primò peccant contra fortitudinem, si teme-
re, & absque vila necessitate pericolo vitæ se exponerent. At
quando est probabilis spes cum proprio, vel aliquorum damno
fructus copiosum esse confecuturos, laudabile erit, & auctus
fortitudinis se morti pericolo tradi, sicut fecerunt viri forfissimi,
sic Valent. disp. 3, quest. 16, pag. 3, assert. 2. ver. item peccarent. Se-
cundò peccant milites, si stationem, & pugnam deseruant, et si
ad euidens mortis periculum, quia ad hoc munus obendum
ob bonum publicum se obligarunt, & stipendiū accipiunt. Ter-
tiò, tenentur defendere arcis, & locum sibi demandatum, quo-
rum spes aliqua subest resiliendi. Alias obligant omnia damna
inde preventivam reparare, & capitū pena plectuntur, ut pote-
te lex maiestatis, tom. 3, ff. ad leg. Iul. maiest. quod si nulla est ipsa
le posse hostibus resistere, non tenentur mortem expectare, quia
est frumenta, iniurias, & nocia talis expectatio, & contra chari-
tatem sibi debitanas ac proinde ad id se obligare non poterunt.
Mal. disp. 11, in princ. Coninch. disp. 3, de bello dub. 7, num. 97.

Dicitur, peccant milites mortaliter, & contra iustitiam, si sine
Ducis, aut Principis facultate castra defecant, quia sub hac obli-
gatione sunt conducti: enim haec facultas discedendi libera es-
t, et cui libet militi, non posse Dux fecurē ad bellum procedere,
cum enim existimat sufficientem numerum habere ad pugnam,
se faciunt, & inermis inuenient; et ea de causa merito pena
capitur, vel timentis, & infamia plectuntur, si discedens, ut tradit
Glossa cap. iur. militare disp. 1, ver. deferatur. Neque Dux in conce-
nenda haec licentia facilis esse debet, præcipue cum miles nulli
pugna interficiat, quia inde non parvum reipublica, & Principi
damnum proueniet, qui tot sumptus fecit in militi sustentando,
& abspendo ab ille villa virilitate. At si miles aliquibus annis
suo officio satisficerit, expedic rationabili aliqua causa interceden-
t, et facile licentia discedendi concedatur. Nam ut bene dicit
Mal. suprā, haec facultas viam aperit, ut alii se militi dedican-
& difficultas omnino precludat. Quintò, peccant milites, si ultra
debitum sibi stipendium aliquid accipiunt: Lucas 3, Neminem con-
cusat, neque calumniam faciat. Et contenti sibi stipendium ve-
fin. Quapropter si aliquid accipiunt prater id quod ex contractu
cum illis recepta illis debitum est, peccant, & obligati sunt ea
dibus restituere, nisi manifeste confiteat gratis donata, quod
raro est presumendum; concedunt enim timore maioris mali.
Neque excusantur ex eo quod Princeps eis stipendia non soluat,
qua non obinde hospites grauandū fūnt, excusantur tamen, si
prestis extrema, vel grau necessitate facerent. Repararet autem
aut grau necessitas, & sufficiens, si vel patire, vel defere ca-
stra cogentius, quod si fieri non potest sine magno sui vel reipu-
blica damno. Princeps autem haec omnia damna tenetur repa-
rare, cum ob eius causam data sint. Sextò, peccant milites fa-
cientes sibi plures donos signari, quibus hospitentur, intendentes
in una solim hospitari, & ab aliis pecunias recipere, ne ibi
commodentur, iniustissime enim tales pecunias recipiunt, & obli-
gati sunt eas restituere, & eandem obligacionem subiit, qui eis
chirographia deriva concessit, cum fuerit causa huius iniuste
rationis. Vide Molinam dicta disp. 11. Coninch. disp. 2, dub. 7,
et... num. 94. Bonacina disp. 2, de refut. qu. ultim. sect. 1, punct. 12, §.

P V N G T V M V I.

Quæ personæ in bello pugnare possint.

¹ Omnes pugnare possunt, nisi ei sit specialiter prohibitum.

² Episcopi, clericis, monachis, seu religiosis prohibitum est propria
manu pugnare.

³ An monachi laici, & clericis in minoribus sub hac prohibitione
continuantur? Negant aliqui.

⁴ Approbat eorum sententia in eis, qui priuilegio fori non gau-
dent. Approbat in iis, qui tali gaudent priuilegio.

⁵ Posse clericis in sacris bello affiſſere, & ad pugnam horari mi-
litiae, consolari, &c.

⁶ Neque ad hac officia exercenda indigent licentia sui Episcopi.

⁷ Ad se, siueque defendens propria manu clerici pugnare possunt.

⁸ Neque obinde irregulares sibi censendi.

⁹ Salutis Pontifex dispensare potest, ut clericis bello prestet, vel pro-
pria manu pugnet.

¹⁰ Infideles, & heretici ad bellum vocare, esto per se illicitum non
fit, regulariter tamen est illicitum.

¹¹ In bello iniuste nemo pugnare potest. Timore mortis aliqui excu-
santer.

¹² Occurrente necessitate omni tempore pugnandum est: extra illam
diebus festa pugnari non potest.

¹³ Si bellum iustum sit, omnes in eo pugnare, adiuuareque pos-
sit, nisi eis specialiter sit prohibitum, quia exercere actionem
licitam, ad illamque iuuent per se laudabile est. Videamus
ego quibusdam hoc sit prohibitum, & quo iure?

² Respondet, Episcopis clericis, & monachis, seu religio-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars 1.

sis prohibitum est propria manu pugnare, vel exercitum ducere
neque aliis inveniunt facta prohibito. De monachis etiam laicis
habetur exp̄s̄, cap. eos qui 20. quest. 3. De clericis cap. clericis
cap. quicunque ex cler. 21. quest. 8. & aliis, sub quibus religiosis
comprehendi poterant. Quod non possunt exercitum ducere,
habetur cap. sententiam 9. ne clerici, vel monachi. Congruentia
prohibitionis, quia clerici, & religiosi dicati sunt Deo seruire, à
qua professione sæcularis pugna multū reuocat. Item clerici
sunt ministri Christi, ipsumque repræsentant, qui proprium san-
guinem pro aliorum salute effudit. Ergo non licet alienum effundere.
Hæc autem prohibito iure positivo facta grauis est, &
ad culpam lethalem obligat clericos in sacris constitutos quod
fas indicant grauissimam poenam clericis pugnabimis imposita.
Præsumunt namque viu fuorum ordinum, recluduntur in mona-
sterio, & si in bello moriantur, pro illis non offertur sacrificium
& oblatio, vt constat ex allegatis textibus. Peccant ergo mor-
taliter, & ita tradunt ferè omnes Doctores etiam de constitutis
in ordine subdiaconatus D. Thom. 2.2. qu. 4. art. 2. & ibi. Caier.
Sylvest. verbo bellum 3. qu. 2. Couarrua. Clem. si furiosus est.
pag. 3. num. 1. Valent. disp. 3, quest. 16. 4. in princ. Bonac. disp. 2. de ref.
quest. vlt. sect. 1. 12. §. 4. Suar. de bello disp. 13. sect. 3. num. 5. Molin.
de iust. tract. 2. disp. 108. circa fin. ver. secundam est, Coninch. disp.
3. dub. 6. n. 86. & alijs.

³ Sed difficultas est, an monachi laici, & clerici in minoribus
ordinibus constituti haec prohibitione rigorosa contineantur?

Negant Couarrua, & Bonac. suprā, & Lorca 2.2. sect. 3. disp. 51.
num. 12. Et mouentur, quia conueritudo receptum est hos ca-
nones ad illos non exenti quod dicunt Couarrua, de clericis co-
dem modo, ac laicos pugnare posse: consentit Franciscus Suarez
nisi habent beneficium Ecclesiasticum, quia tunc ratione benefi-
cij ad altiorum ordinum aspirare debent, aut saltem debent im-
pedimentum non apponere.

⁴ Ceterum sententia Molinæ in hac parte nihil magis pro-
bat, quam etiam approbat Coninch. num. 87. Affirmat namque
clericum in minoribus constitutum priuilegio fori non gau-
denter, ad bellum procedere posse aquæ ac laicæ, quia tan-
quam laicus reputatur. Neque canones aduersis illum proce-
dunt, saltem ex conueritudo recepta. Si autem priuilegio fori
gaudet, peccat, quia cum ex officio deputatus sit Ecclesiæ seruire
re, indecens est ad militiam secularium se transferre. Non au-
tem videatur hæc grauus culpa, quia longè est à ministerio alta-
ris, & representatione Christi, ob cuius causa prohibito fac-
ta est. Quod etiam de beneficiato in minoribus constituto di-
cendum credo, peccare, inquam, tantum venialiter, sed grauissi-
mum quia nullus textus, specialiter de eo loquitur; tum quia bene-
ficium solidū obligat, vt non apponas impedimentum ad offici-
um eius exercendum, casu quo retinet illud velis. At posse
procedere ad bellum animo relinquendi beneficium, si impedimentum
irregularitas in bello contrahas. Ergo ex beneficio
non videris mortaliter peccare. De Religiosis laicis maior est
dubitatio, an peccatum mortale committant, si ad bellum pro-
cedant, quia cap. eos qui 20. quest. 3, mandantur excommunicari,
quod non fieret, nisi grau esset peccatum. Sed dicendum est non
obinde præcisè excommunicari, sed quia apostolaro à religio-
ne se militia, & publicis honoribus tradiderunt. Quocirca ex pro-
cessu ad bellum solim venialiter existimo peccacuros, grauissi-
mum quam beneficiarios clericos.

Dixi non posse clericos in sacris constitutis propria manu
pugnare, vel exercitum ducere, aur pugnabimis, percutienti-
bulque præesse, vt inde colligentes postle interfici, vt subdi-
cia spirituia ministrant, milites consolentur, & ad pugnam ex-
tent, modò non excent specialiter, & exp̄s̄ ad occisionem,
& mutilationem inimicorum; quia haec officia aliena non sunt à
clericis Itau, & ita tradunt Couarrua, Coninch. Bonac. Valent.
Suar. & alijs suprā, & constat ex cap. omni timore, cap. horatu, cap.
præterea, & alijs 2.1. quest. 8. Neque obstat text. in cap. quod in
dubia, de penit. vbi Innocent. 111. eodem modo deponi mandat
eos facerent, qui gubernant naues ad pugnam, & persona-
liter exercet conflictum, quācos, qui altos incitare ad pug-
nandum. Non, inquam, obstat, quia, vt bene dicit glossa, loqui-
tur text. de bello iniusto, non iusto. argum. cap. scit. dignum. §. que
verò de homicid. & litem. Mela. §. item cum u ad l. Aquil.

⁶ Ut autem clerici hoc officium exercēt, non indigent spe-
ciali licentia sui Prælati, quia nullo iure cauerit hanc illis esse
necessarium. Nam text. in cap. reprehensibile, & cap. quo auct. 2.
quest. 8. qui ad hoc probandum adducuntur, non conuincent.
Nam in cap. reprehensibile, reprehenduntur Episcopi, non quia ad
bellum ob conlondos milites colique ad pugnam horantos si-
ne licentia profecti fuerint, sed quia ibi sicut reliqui milites pug-
nauerint: & quia hac occasione impedit non venerint ad
Concilium, quod Summus Pontifex Roma congregavit. Text. verò
in cap. quo auct. non de profactione ad bellum, sed ad Imperatoris
Ecclesiastici loquuntur, & grauiter reprehendunt à Pontifice Epi-
scopos, qui siue mandatum contemnit ob Imperatoris iusta ex-
equanda, præcipue cum canones evidenter præcipiant nullum om-
nino Episcoporum, qui Leuitica portione sunt contenti, nisi
Summo Pontifice viso, acque coniuncto ad comitatum, hoc est, ad
Imperialia aulam debent contendere.

R. 1. 7 Verum

7 Verum virgente necessitate possunt clerci in factis constituti, & religiose propriam manu pugnare, & occidere, verbi gratia, ad se, & iusque defendendos, qua lex Ecclesiastica prohibere non debet, quod iure naturali conceditur, & a fortiori possunt pro partia, & bono communis reipublicae, & fidei pugnare, si aliter in periculo graui haec constituantur, ac denique pugnare possunt pro victoria obtinenda, a qua pax reipublicae, fideique progressus non leuiter penderet: sed in iis casibus non solum possunt, sed tenentur pugnare. Non enim lex Ecclesiastica a adversari poterat legi naturali, sed potius illam perficit, sicut grata perfect naturam, & ita tradunt communiter Doctores. Mol. disp. 10.8. post medium vers. sunt ver. Valentian. disput. 3. quæst. 16. punct. 4. ver. secund. & seq. Bonac. disp. 2. de restit. quæst. vti. scđt. 1. punct. 12. §. 4. Suar. de bello. disp. 13. scđt. 3. numer. 9. Coninch. disput. 31. dub. 6. numer. 91. & alij apud ipsos.

8 An vero in huiusmodi casibus aliquam irregularitatem contrahant clerici pugnantes? Dux in tractatu de irregularitate, non contrahere, & tradit aliis relatis Coninch. de sacram. disp. 18. num. 88.89. & 97. & disp. 31. de bello. dub. 6. num. 91. Co- variu. clement. si furio. scđt. 3. part. 3. num. 2. & §. 4. numer. 9. & 3. part. 3. conic. num. 5. Valentia. 2.2. disp. 3. quæst. 16. punct. 4. circa fin. vers. sed contraria sententia Suarez. disp. 13. de bello. scđt. 3. num. 6. 7. & alij.

9 Sed inquires. Qui potest dispensare, vt clericis in sacris propria manu pugnet, vel pugnantibus præstat? Relpondeo solum Ponificem, quia in legi superioris nequit infector, nisi ex superioris commissione. At nullum vestigium huius commissionei intenimus datam Episcopam. Ergo nequeunt in hac dispensatione se intronitare: & ita tradit Bannes. 2.2. quæst. 40. art. 2. dub. 2. Azor. 3. part. lib. 2. cap. 16. Bonac. disp. 2. de restit. quæst. vti. scđt. 1. punct. 12. num. 29. §. 4.

10 Rufus alia sunt persona, qua ob eorum malitia dubitari potest, an sint exclusi a bello iusto Christianorum: iij sunt infideles, cum enim ex eorum consortio grauissima mala reipublicae prouenant, merito excludendi sunt a bello aduersis Christianos facta. Nam licet per se illicitum non sit hos infideles in tui aditorium, & defensionem vocare, per accidens tamen regulariter est illicitum: afflumunt enim inde occasionem profanandi sacra, destruendi templa, violanti virginis, & alia innuera meta flagitia committendi, ob qua Princeps catholicus quadam fieri potest, eos vitare debet. Et multo fortius debet se abstinere a praestando illi infidelibus aditorium, cum aduersis catholicos pugnant, etiam si ex parte infidelium videatur bellum esse iustum, quia bonum religionis omnibus alii præferuntur debet: in iis contenti, Doctores Reginald. tom. 2. prak. lib. 21. num. 100. Rodriguez 1. part. sum. 12.6. num. 2. Mol. tract. 2. de iust. disput. 112. pñc. Segidio Coninch. disp. 31. de bello. dub. 7. num. 102. Bonac. disp. 2. de restit. quæst. vti. scđt. 1. part. 12. §. 2. num. 6. Suarez de bello. disp. 13. scđt. 7. fine. num. 5.

11 Hucusque de pugnantibus in bello iusto dictum est, at si bellum iniustum sit, claram est neminem pugnare sit, & omnia damna facta, pro virtutib[us] reparanda esse. Soltam est dubium de his, qui pugnant ob merum mortis, amissione membrorum aut alterius similis damni, quales sunt captivi in nauibus Turcarum remigantes: an ratione huius meritis a culpa, & obligatione restituendi excusentur? Sed de his disput. seq. de scandalo latius dicetur.

12 Restat dicendum, quo tempore pugnandum est: Responso

deo occurrente necessitate omni tempore. Extra necessitatem probabilius est de facto pugnari non posse, si qua est opus ferire, vt p[ro]p[ri]o, etim de observatione festorum eg[er]. Ab Adventu autem usque ad Octauam Paschæ prohibetur prælatio ab Alex. III. in cap. trengas, de trengas & pace, sub grauibus peccatis, & comminatione excommunicationis. Verum hoc præceptum exceptum non fuit, vt restatur glofia ibi, & tradit Valent. 2.2. disp. 3. quæst. 16. part. 5. fine. Suar. disp. 13. de bello. scđt. 7. num. 24.

P N C T V M VII.

De quibusdam bellis particularibus iniustis, scilicet seditione, rixa, & duello.

- 1 Quid sit sedition.
- 2 Proponitur quadam obiectio, ut clarissim seditionis definitio continet, & sic illi sat.
- 3 Rixa, seu duellum, quid sit, exponitur.
- 4 Enumerantur causa, ob quas suscipi potest duellum, & dubitatur an sint sufficiens ad illud honestandum?
- 5 Offentare vires, & voluptam spectantibus causare, insufficiens causa est.
- 6 Veritatem aliquam duello firmare non solum illicitum, sed fieri permissum est.
- 7 Vindicatione propriæ iniuria illicita est per duellum.
- 8 Defensio honoris propri, quem videris amittere, si oblatum duellum reficias, non est censenda sufficiens causa honestandum duellum.

9 Si aliquis tibi minatur mortem, vel grauem iacturam honoris vel diuitiarum, nisi duellum acceptes, acceptare illud potes.

10 Excipe, nisi cum aliquo innocentem proceret, vt pugnes.

11 Ad evitandam mortem, ad quam es condemnatus, an licet possis duellum acceptare; Tenens aliquid, & quisque defendant.

12 Contrarium tenendum est.

13 Si minoris de iniusta accusatione, nisi duellum acceptes cum accusatore poteris acceptare.

14 In defensionem diuini honoris aliquando admitti potest duellum.

15 Ob terminandum bellum, licitum est admittere duellum ex parte iusti bellantis.

16 Licitum est in hoc casu obligare mulieres, ne pugnantibus succurrant.

17 Enumerantur pars impotest duellibus ab his causa legitima.

18 Non prohibetur sub predictis censuris quelibet pugna, sed pugna ex condicione loco, & tempore determinato.

19 Excommunicati, quam duellantes incurvant, ut res creata virtute Trident. Absoluti possunt ab Episcopo, si occulunt si duellum, virtute Crucis, etiam si publicum si semel in vita, & semel in morte.

20 Quia causa exculpet Principem ab hac excommunicatione incurredenda, ex eo quod duellum permittat.

21 Reliqua pena prater excommunicationem, suspensionem, & interdictum indigent declaratione iudicis ut incurvantur.

22 Editio est bellum aggressum viuis partis reipublice aduersus aliam, vel aduersus suum Principem. Hoc semper est illicita, vicepotest, & iuriisque sit, & Princeps rogatus non impediatur. Poterit ergo tunc ciuitas offensio offendente debellare Item potest Princeps non Rex, sed tyrannus esse, sed movere bellum aduersus tyrannum cuilibet reipublice parti licet. Ergo non est dicenda editio bellum viuis partis reipublice aduersus aliam, neque aduersus Principem.

23 Dices: Contingeret potest, quod una pars reipublice aliam infestet, injuriisque sit, & Princeps rogatus non impediatur. Poterit ergo tunc ciuitas offensio offendente debellare Item potest Princeps non Rex, sed tyrannus esse, sed movere bellum aduersus tyrannum cuilibet reipublice parti licet. Ergo non est dicenda editio bellum viuis partis reipublice aduersus aliam, neque aduersus Principem.

24 Facilius est horum solutio. Notanter enim dixi, seditionem esse bellum non quocunque, sed aggressum, vt inde colligere, si pars aliqua reipublica bellum moueat, quarenum ad sui defensionem necessarium est, & non aliter, non seditione procedere, sicut nec quilibet persona particularis seditionem committit, cum se ab iniquitate defendit, potius namque ex parte inadventis stat seditione. Eodem modo respondendum est ad confirmationem. Dupliciter enim Rex tyrannus esse potest. Primo, quia regnum iure sibi non debitum usurpat. Secundo, quoad regimen, quia in illo iniurioso est procedit. Si tyrannus est, primo modo tota reipublica, & quilibet eius pars expellere eum a possessione potest. Tunc enim non mouet bellum aduersus suum Principem, & Dominum, sed aduersis Iacobem dominium usurpat, ipse factus Rex est, qui seditionem committit, & illius est causa. Nam ex parte illum debellantium solum est defensio. Si autem Rex secundo modo tantum tyrannus existat, tunc patientes injuriam se bello tanquam defensio munire possunt, non ramen illis licitum est suum Principem, vt vere dominum agredi; altis seditionem, & rebellionem proprie committent. Tota autem reipublica illum regno priuare potest, si in eius principem gubernaret, quia rex a reipublica autoritatem accepit in seditionem reipublicae, non in eius destructionem. sic optime Suarez. disp. 13. de bello. scđt. 8.

25 Rixa est priuatum bellum, priuataque authoritate assumptum, quo vnu alterum laedere conatur. Ex parte inadventis est per se peccatum mortale, nisi levitas materie excusat; vt in pueris rixantibus, sic D. Thomas 2. 2. quæst. 14. art. 1. & omnes. Hec rixa, seu priuatum bellum quid communie est ad duellum, & ad diffidationem. Duellum vocatur rixa, seu pugna duorum ex condicione, publicis quibusdam conditionibus interpositis. Diffidatio dicitur pugna, que sine his conditionibus, ex conventione tamen partium affluitur, queque vocatur priuatum duellum. Videndum ergo est, an hoc duellum, sive publicum, sive priuatum licetum aliquando sit.

26 Decisis huius difficultatis pendet ex causa, qua ad duellum, suscipiendum occurrere potest. Nam si nulla iniuriantur legitima, duellum semper ex illicitum, tamen aliqua legitima iniuriantur, tunc licet duellum sicut bellum, licet legitima causa intercedere; secus si causa deficiat.

27 Octo ergo cause occurrere possunt ad suscipiendum duellum, de quibus Doctores dubitant, an sint legitime? Prima est, vana ostentatio virtutum, acquisitioque nominis, & honoris viti robusti. Secunda, causare voluptatem spectantibus, illigite se gratum præbere. Tertia terminatio alienus illius civilis, vel criminalis. Quarta, vindicatione iniuria factæ, illiusque reparatio. Quinta, defensio proprii honoris, quem videris amittere, si oblatum duellum reficias. Sexta, periculum vitæ honoris, vel honorum fortune, quod necessariò subire debes, nisi duellum acceptes. Septima, defensio diuini honoris, quem alius blasphemis, & trahit.